


# LABORATORIUM



# LABORATORIUM
## CHYMICORUM VULGARIUM,


UNA CUM

*Eorum Ignibus, Vitris, Fornacibus, Vasis, Materiis, Substantiis, & Instrumentis (quorum rejectorum enarratas species sequens monstrabit pagella) rejectum, destructum, confractum, dissipatum.*

AUTHORE


JOANNE FRIDERICO L. B. à RAIN in Stermoll, & Radelsegg, Inclyti Ducatûs Carnioliæ Provincialium, Aulicarumque Causarum Assessore.





*VIENNÆ AUSTRIÆ,*

Typis JOANNIS VAN GHELEN, Typographi Academici.
ANNO 1686.



REjicitur Ignis Vulgaris Carbonum, Fimi, Lampadis, Arenæ, Cinerum, Balnei, &c.

VITRA: Alembici, Retortæ, Phialæ, Ova Pelicani, Recipientes, & alia cujuscunque generis vitra.

INSTRUMENTA: tam Metallica, quàm Figulina, &c.

FORNACES: Athanar, Acediæ, Calcinationis, Digestionis, Cinerum, Arenæ, Reverberii, Balnei, Fusionis, Cupellationis, Cimentationis, &c.

VASA: Figulina, Ferrea, Cuprea, Lapidea, Tigilla, Pixides, Cimentatoria, Testæ, Cupellæ, Infusoria, &c.

MATERIÆ: Metalla tam perfecta, quàm imperfecta, media, & minora Mineralia, Salia, & quidquid tribus Regnis inest: Extractiones animæ Auri, Liquor Alkaest, Luna fixa, Stratum super Stratum, Pars cum parte, varia Menstrua, Spiritus, aquæ Mercuriales, olea Antimonii, Metallorum, Mercurii, ejusdemque media Substantia, Solutiones radicales, Quintæ Essentiæ, Aurum potabile, Tincturæ albæ, & rubeæ, &c.

Hæc omnia ut Sophistica, & ad conficiendum Elixir inidonea in hoc tractatulo ex genuina verorum Hermeticæ Philosophiæ Adeptorum doctrina refutantur, & rejiciuntur.

# SERENISSIMO
## ET POTENTISSIMO PRINCIPI
## AC DOMINO DOMINO
# COSMO III.
## MAG. ETRVRIÆ DVCI &c.
PRINCIPI AC DOMINO SVO
CLEMENTISSIMO.

# SERENISSIME DVX
# Domine Domine Clementiſſime.

HÆc eſt vera illa Naturalis Alchymia Artium liberalium Regina, cuius glorioſiſſimi Adepti fuere Hermes Geber, Treuiſanus, Flamellus, Theophraſtus, Penotus, & Panteus ambo Sacerdotes Veneti,& ſexcenti alij: Hęc inquam eſt illa vera Hermetica Philoſophia,non autem ea (quę ſecundum ſophiſticum moderni ſęculi morem)in per fumatis delitеſcit laboratorijs vera & genuina dicenda eſt Philoſophia. Quid enim quæſo intentatum relinquunt huius ſæculi Philoſophi? an non aſſidue carbonibus, vitris furnis, & ſimilibus Sophiſtarum commentis tot eorum agmina laborant? fingunt ſubtilitates commentantur furnos, tentant laboratoria diuerſiſſima petunt materialia, iam diſtillant, calcinant, iam ſoluunt, coagulant,& filtrant, deniquè omnia poſſibilia tentant ad compo-

nen-

nendum illud benedictum Elixir, sed inc. ssum, quia operationibus indulgent sophisticis. Procul procul ergo hos (vt ita dicam) labores mechanicos, exerceantur hi à pharmacopolis, & non à veris Naturalis Sophiæ imitatoribus. Hæc hæc Naturalis Philosophia est illa ad Lapidem Philosophorum via vnica, quæ 20 florenorum expensas (alimenta excipio) non excedit. nec phantasticam requirit manipulationem, cùm tamen pseudochymia tot sumptuum millia tantosq; difficillimos manuum labores desideret; hæc hęc est illa quæ à tot millenis pseudochymicis adulterata, & inter fumos sulphureos, Arsenicales, & Mercuriales quasi suffocata est. Quia ergo patet te SERENISSIMVM DVCEM esse liberalium Artium amantissimum Protectorem, & omnium literatorum Patronum Clementissimum, ad te itaq; merito naturalis mea recurrit Philosophia: quo enim amabo diuertisset cum maiori fertilitate, quàm apud liberalissimum? vbi sapientius, quàm apud sapientissimum? vbi cum maiori fænore, quàm apud virtuosissimum? cum nemini potiùs teste Per. Ide. Phil. Herm. Theat. Chym. Vol. 6. pag. 140. *hæc conueniat Philosophia; quàm Viris Principibus*. Amplectere ergo Serenissima animi gratitudine CLEMENTISSIME DOMINE meum sincerissimo animi candore compositum libellum, sub tuum hoc meum opusculum suscipe Patrocinium, vt eo munitum eò minus publicam in lucem prodire vereatur: Dignare SERENISSIME PRINCEPS me meamq; Philosophiam inter tua Serenissima recondere tabernacula, deniq; hanc tuo honori consecratam Alchymiam eà Serenissimi

vultus

vultus excipe serenitate, qua veritas ipsa excipi meretur, vt detecta hac absconditissima Philosophia tibi SERENISSIME PRINCEPS ad illud Arcanum Philosophicum aditus pateat quo possis assequi Nestoreos annos

Serenitatis Tuæ

*Humillimus Deuotissimus & Obsequentissimus*

Ioannes Fridericus L. B. a Rain.

## CAPUT I.

*Assignatur prima causa, cur in Germania à morte Theophrasti visus non sit, qui lapidem Philosophorum suis laboribus assecutus sit.*

QUantùm post mortem nostri Alemani Philosophi Philippi Theophrasti (cujus gloriosus tumulus hoc epitaphio Salisburgi in Nosocomio ad Sanctum Sebastianum condecoratur hac inscriptione: *Conditur hic Philippus Theophrastus insignis Medicinæ Doctor, qui dira illa vulcera, lepram, podagram, hydropesim, aliaq; insanabilia corporis contagia mirificâ arte sustulit, ac bona sua in pauperes distribuendo, collocandoq; honbravit Anno* 1541. *die* 24. *Septembr.*) uno sæculo, & 45 plus annis in Chymia magni Principes, minorisque conditionis homines dilapidaverint, experientia ad hodiernum usque diem commonstrat, atq; hujus nulla est alia causa, quàm quòd se occupent legendo sophisticos libros, inter quos, ut bene notat Anonymus in suo libello quem intitulavit: *Falx in bifolium Pantaleonis* ad lectorem: *primum locum occupat Pantaleonis tractatus. His accedunt Ludovici de Comitibus de liquore Alkaest clara, fidelisq; admonitoria disceptatio tumba Semiramidis: Ralgadsse Chymicæ arcana detecta: opera omnia Joannis Rudolphi Glauberi: dissertatio de tinctura universali Gabrielis Clauderi: Aurora Chymica Eduardi Bolvoesti: tractatus duo de lapide Philosophorum Eduardi Kallei: secreta Joannis Jacobi Beccheri: Cælum Philosophorum Philippi Ulstadii.* Quibus addo Joannem de sacro Bosco. Damascenum, Rupescissam, &c. *horum scriptis pervigil benigne lector abhorreas, ut peste, in eis enim multùm arrogantiæ, parum doctrinæ, nil veritatis invenies.*

Negligendo obscuros & intellectu difficiles verorum Philosophorum libros, licet ænigmaticè, & cabalisticè scriptos: sic enim illis scribere placuit, ut doctos ab insipientibus sequestrarent, sibi

enim tantum, & filiis artis scripserunt, hanc in se suaque Natura verissimam, facilem, & sine sumptibus faciendam artem.

## CAPUT II.

### *Succinctè ostenditur Artem faciendi lapidem Philosophorum esse verissimam.*

POssibilitas non est neganda Lapidis Philosophorum, sive Tincturæ, & medicamenti universalis hominum, atque metallorum, ut bene *Sendivogius tract. de Sulph. pag.* 214. *nos autem indignis hanc artem nihil esse concedimus, Virtutis amatoribus verò, & veris indagatoribus, filiisq; doctrinæ summopere illam commendamus, veramq; esse, & verissimam omnino esse asseveramus, quam aliquoties coram viris eô spectaculo dignis, magnis & infimæ conditionis hominibus re ipsa comprobavimus.* Quæ ars adhuc apud invidos in diversis orbis plagis celatur. Novimus quoque Anno 1627. Viennæ in Austria pulvere quodam atro viridi lunæ ex cinabari arte factæ lotones 4. in aurum à Waradein approbatum transmigrasse; Et Joannem à Monte Snyders coram adhuc viventibus nostro hoc sæculo cum una parte suæ medicinæ integram Saturni libram in aurum transmutasse Amstelodami. Atpue hanc artem esse verissimam testis omni teste major habetur Augustissimus Leopoldus, qui Wenceslai Divi Augustini Ordinis Monachi, nescio, ubi repertâ tincturâ Venerem, & Jovem in aurum transformavit. Et Ferdinandus Tertius unico uno grano aliunde habito mediam libram argenti vivi in aurum transmutavit, & in monetæ formam redegit ad partem unam hujus monetæ Mercurium cum caduceo, in altera parte manu lyram capite solari excussit hac una ex parte inscriptione: *Divina Metamorphosis exhibita Praga* 15. *Januarii Anno* 1648. *in præsentia Sac. Cæs. Majestatis Ferdinandi tertii.*

Alterius partis hæc erat inscriptio: *Raris hac ut hominibus est ars, ita rarò in lucem prodit: laudetur Deus in æternum, qui partem suæ infinitæ omnipotentiæ nobis suis abiectissimis creaturis communicavit.* De hoc in rerum natura existente lapide Philosophico scribit Helmontius de vita æterna pag. 950. *Enimvero vidi illum aliquoties meisq; contrectavi manibus, erat enim coloris qualis croco in sicco pulvere, ponderosus tamen,*

*tamen, & micans instar vitri pulverati: datus mihi semel fuerat de eo quadrans unius grani, voco autem granum sexagesimam partem unius unciæ, hunc ergo quadrantem chartâ involutum projeci super uncias 8. argenti vivi fervidi in crucibulo, & confestim totus hydrargirus cum aliquanto rumore stetit affluxu, congelatumq; resedit instar flavæ ceræ, post fusionem ejus, flante folle repertæ fuerunt 8. unciæ auri purissimi granis 11 minus. Itaq; unum granum hujus pulveris transmutaret in aurum optimum partes argenti vivi sibi æquales 19186. Inter terrena ergo reperitur præfatus pulvis ab ærugine, rubigine, carie, & morte defendens.* Concordat in hujus rei veritate, & Mysterioso effectu lapidis hujus benedicti Philaleta omnibus cognitus Philosophis im Kern seiner Alchymay pag. 71. Ich habe demnach wie gedacht ein Pulver gesehen / welches an seiner Tugent / vnd Krafft dermassen vermehret war / daß es schwerlich zu glauben / sintemahl ein geringe quantitet, so kaum vor einem Gran anzusehen war / vnd in der Warheit auch nicht vill mehr wug / eine so grosse Menge Mercurium zu Golde verwandeln kundte / daß es möchte für eine Lugen geachtet werden. Kein Mensch kundte durch Kunst dessen Zahl erreichen / so es auch war / so blieb es doch noch alles Tinctur, denn dieses Gran ward auff eine Vnze geworffen / in welcher Vollkommenheit es so überflüssig war / daß alles zur Essenz gemacht wurde. Von welcher abermal ein Gran auff zehen mal so viel geworffen / das ist eine Vnze auff zehen / vnd denn diese abermal auff zehen mal mehr / wurde doch auch noch zur Medicin. Noch zehenmal mehr zu einem von diesen wolte doch nicht genug seyn es zu Metall zu bringen / vnd war noch nicht genug mit diesen vorher gethanen projectionen temperiret; aber zuletzt tingierte ein Theil neunzehen tausend. (1. Gran hat tingiert 9120000000, das ist / neuntausend / tausend mal tausend / hundert / zwanzig tausend mal tausend) seynd 19041666. (das ist / neunzehen tausend mal tausend ein vnd vierzig tausend / sechshundert sechs vnd sechzig) welche machen 1190104 vnd ein Achtel Pfund (das ist ein tausẽd mal tausend / hundert neunzig tausend / ein hundert vier vnd ein Achtel Pfund) 304666656. Rthlr. (das ist / dreymal hundert vier tausend mal tausend / sechs mal hundert / sechs vnd sechzig tausend / sechshundert / sechs vnd funffzig) thut 3046. Tonnen Goldes (das ist drey tausend sechs vnd vierzig Tonnen Goldes 66656. Thlr. (das ist / sechs vnd sechzig tausend / sechshundert / sechs vnd funffzig Thlr.) an Millionen 304. 6 Tonnen Goldes vnd 66656.

 Thlr.

Thlr. oder sechs vnd sechzig tausend/ sechs hundert/ sechs vnd funffzig. Nun höret auff ihr vnbedachtsamen Splitter-Richter/ diese Edle Kunst hinführo zu schelten/ die so nützlich vnd auffrichtig ist. Sie ist nicht die jenige Wissenschafft/ welche die Sophisten oder Betrüger vorbringen/ nein/ sondern allein die/ welche ihre Lust suchet sie zu beschirmen wider die/ so die Welt verführen.

Probatur artis hujus veritas amplius ex Joanne Zvvelfero Palatino & Med. Doctore qui in sua Pharmocopœia Augustana sic scribit pag. 123. *Possibile esse arte pure naturali confectionem lapidis Philosophorum seu tinctura, quæ omnia in aurum, argentumq; substantialiter tingat, ac projectione sua finitè in infinitum multiplicet quod probo: nulla potest hujus nec ex parte naturæ, nec ex parte hominis, nec ex parte subjecti seu seminis aurifici, nec omnium horum reduplicative sumptorum dari implicantia, ergo naturaliter possibilis est Chrysopœia.*

*Confirmatur Conclusio defacto in Visceribus terræ naturaliter aurum seminaliter propagatur; ergo ratio hujus, propagationis, & seminis ut pote purè Naturalis à Philosopho comprehendi potest & arte adæquari, utpote quam multi imitati sunt, nisi una denegatione plus denegare velis quàm* 100. *Philosophi possunt affirmare, quod cuivis obvii est.*

Idem *pag.* 329. *Occurrit mihi historia quam Halmstadii accidisse compertum habemus: ubi Cornelius Martini Universitatis illius tunc temporis Professor publicus tractatum quemdam de lap. Philosoph. manu authoris (Cornelij) fideliter & industrie uti existimabat elaboratum, & typis propediem mandandum, ac pro disputatione ventilandum dedit. Intervenit Nobilis quidam vir moribus, ac pietate conspicuus Cornelio familiaris, qui de more ad disputandum & argumentandum lacessitus est; cùm tamen impar huic oneri esset, re non syllogismis tantum Philosophus, hic ut sententiam factis suam proferret carbones ac plumbum adferri jussit, & in præsentia coram oculis Cornelij tincturam quandam eliquato metallo injecit, cujusq; virtute jam dictum plumbum in aurum optimum transtulit. Deq; eo etiamnum calente Domino Doctori Cornelio particulam notabilem porrigens hoc subjunxit Apophtegma: Heus jam tu Domine Doctor Corneli solve mihi syllogismum sic ex abrupto argumentatus spectatores suos multis reflexionibus gravidos dimisit, ac palam fecit, quid possit in natura genuina Philosophia. Cornelius interim rubore, ac verecundia suffusus palimoniam cecinit, vanas dimittens quæstiunculas Pyrotechniæ se tradidit.* Hæc de tinctura Philosophorum adstruenda sufficiant, quam licet perpauci obtineant, è rerum tamen natura proscribere minimè decet.

C A-

*Demonstratur Magisterium conficiendi lapidem Philosophorum esse factu facile, fieriq; absq; magnis sumptibus.*

PRiori capite artem esse verissimam ostensum est, penesque insinuatum artificium hoc esse facile multasque expensas non requirere uti probat Joach. Tackius in seinen Alchymistischen Weitzenbaumlein pag. 93. vnd aus disen dreyen Spiritibus, anima, corpore, vnd Spiritu wird zusamben gesetzt / vnd zu wegen gebracht das Vierte Werck / nemlich die Edle medicin, welches geschicht durch ein heimliche / vnd gar schlechte Arbeit.

Demonstratio Naturæ Joan. à Mehung Mus. Her. pag. 157. *Ingentes uti diximus sumptus non requirit, modo des operam, ut mea* (nempe Naturæ) *recte comprehendas principia.*

Idem pag. 63 *Intellexi siquidem, quod Elixir ut dixi à 4. Elementis suum sortiatur initium, res contrariæ sese iterum uniant, quodq; Elementa transmutari oporteat, id quod sane nullius hominis labor manuum est.*

Gulielmus Menens in aureo Vellere lib. 1. cap. 4. pag. 254. *Facilis enim factu, paucisq; expensis completur* (id est Magisterium) *quod dictum velim, ut viri probi admoneantur, ne impostoribus aurem præbeant, qui illam sese probè nosse aut singularia quadam opera ad conficiendum aurum, & argentum jactitant, atq; sic spe ditandi illis injectâ haud contemnendum auri, & argenti pondus emungunt.*

Idem pag. 369. *Est autem magia, seu Virtus quadam occulta, quæ hæc omnia operatur labore nullo impensisq; minimis.*

Et paulò infrà. *Itaq; proderunt unquam nihil omnes omnium Chymistarum vulgarium opera, atq; impensæ inutiles* Margarita Pretiosa Boni Ferrariensis Theat. Chym. Vol. 5. pag. 604. *hæc est dispositio illa, quæ manibus perfici non potest.*

Flamellus pag. 56. Es komt weiß / vnd roth in der Practic, so schlecht vnd leicht ist / daß sie ein Weib neben den Rocken oder Spinnen vngehindert verrichten kan.

Jagerlust Honorii Philaretis in præfat. Num. 5. Dann es ist auß den Philosophis, vnd eigner Experienz wahr / vnd vndisputierlich / daß nur ein Glaß / ein Hauß / ein Feuer / vnd ein Arbeit / (die sie schlecht vnd Kinder-Arbeit nennen) erfordert werde. Zu dem was

er haben soll / das alles hat er / vnd darff man nichts darzu kauffen / dann er ist alles / wie soll er dann so viel kosten.

Idem pag. 24. *Scitote quòd hunc lapidem, de quo hoc arcanum agit, Deus non emendum magno pretio posuit.*

Eröffneter Kasten der allergrösten Geheimnuß der Natur Cortalas. pag. 76. Vnser Werck ist so gering vnd schlecht / ja auch leicht / daß wann ich dirs mit Worten sagen soll / oder mit der That zeigen / du wurdest es nicht glauben / wann die Philosophi die rechte Ordnung gehalten hätten / so wurde man diese Kunst in einen Tag oder Stund verstehen / so edel vnd schlecht ist sie.

Anonymi zweyfacher Mercurii Schlangenstab in præf. wordurch (id est viâ Naturæ) vermittelst deß Künstlers geringer / vnd vnkostbahrer Beyhülff diese Statt oder vielmehr mit Bergen beschlossenes Eyland mit allerhand erwünschten Früchten erfüllet wird.

Commentarius Philaletæ in Epistolam Georgii Riplei pag. 44. Bey welchen Werck nicht viel Zeit wird verbracht noch viel Geld auffgewendet / von Anfang biß zum Ende.

Idem pag. 52. Dieses Werck ist leicht vnd schnur gleich / vnd so es deutlich beschrieben würde / würde es verächtlich seyn / aber zu erhalten / vnd zu erheben die gebührende Hochschatzbarkeit / vnd Reputation der Kunst / so schreiben wir in der weisen Sprach / das ist nur vnß allein / vnd den Söhnen der Kunst / vnd nichts anderst.

Idem pag. 41. Lasset das einem Sohn der Kunst genugsamb seyn / daß wir wissen vnd bezeugen können / vnd es mit den höchsten Richter der Welt bezeugen / daß wir nicht liegen / daß hier nur ein einiger Weg ist / so natürlich / daß die Außbrütung der Eyer / vnd das Butter machen nicht mehr dependirt von den Anfängen der Natur / vnd dieses Werck ist so leicht / daß es wol beschrieben vnd genennet wird ein Werck der Weiber vnd ein Kinderspiel / nicht mit grossen Kosten zu erlangen.

Ludus puerorum Arnoldi de Villa nova pag. 190. Vnd dieses Ding / darauß er extrahiert oder gezogen wird / haben beydes Reiche vnd Arme / vnd es ist eine Weiber Arbeit / vnd ein Kinder-Spiel.

Idem pag. 194. Du solt es gewißlich dafür halten / vnd glauben / daß sich der Kosten vnser alleredlesten Kunst nicht über den Werth zweyer Gold-Gulden erstrecket / in ersten seinen Kauff / das ist seiner Arbeit.

Falx

Falx in bifolium metallicum Panteleonis in præfat. *Scribam ergo contra talis trismegisti triplicem à se jactatum libellum hanc veritatem. Auctor bifolii metallici non est Hermeticæ Sophiæ adeptus, imò dum se præceptorem ostentat, deceptor detegitur, & detrahendo Philaletæ honorem, latrat ad lunam. Hinc est quod tumulum Hermetis aperuit ut tumulata æternèq; remaneat sepulta tam erronea doctrina cum suo vulgari Mercurio nunquam in Philosophorum reducto per suam manualem phantasticam operationem.*

## CAPUT IV.

*Assignatur secunda causa cur in nostra Germania à morte Theophrasti nullus sit visus, qui suis laboribus Chymicis assecutus fuisset lapidem Philosophorum.*

CAusa secunda eaque sane dolenda cur suis laboribus, immensisque sumptibus nostri Germani Chymistæ suæ intentionis finem non assequantur est, quod sese dolis à pseudo-Chymicis eorum verbis & jactationibus nimium credentes circumvenire patiantur. Nôrunt enim hi marsupiorum expilatores ligneas virgulas, quibus opus in liquefaciendo aut per cupellam separando miscent aquâ solutionis auri, vel argenti imbibere, ut ex earum combustione, & cineris reductione non semel cognitum fuerit ejusmodi virgas argentum & aurum in se abscondisse.

Sic si quis ad te venerit jactator dicens quòd sciat ex marca argenti plures quàm duas uncias auri post solutionem in aqua gradatoria educere, consulit mecum Michaël Meyerus in exam. fucorum pseudo-Chymicorum pag. 33. hisce syrenibus aures & auditum fidemque non præbere.

Alii sunt, qui materialia, pro conficiendo lapide venditant; ut vitriolum album ad instar adamantum redactum, nec non similes nugas rubinorum instar splendentium, atque hæc duo pro Philosophici operis partibus mare rubeo & fœminâ albâ divendunt.

Carbones hi nequam excavant & aurum aut argentum ingerunt, aut certè carbones aqua in qua aurum vel argentum solutum fuit imbibunt, & cum illis sua tigilla ubi insunt eorum Sophistica materialia, tegunt, ùt per descensum aurum aut argentum defluat.

Ali

Alij tigilla liquefactioni inservientia cum duplici fundo superiori tenui, inferiori crasso intra quæ aurum reconditur cum instrumento ferreo perforato superiori, ut aurum profluat, fraudulenter sciunt præparare & usibus suis accomodare.

Sunt item alij qui fragmentis plumbi aurum vel argentum recondunt, & dolosè astutèque in examine cupellæ alio plumbo substituunt.

Alius quidem furno liquefactionis canulam ferream aut cupream cui pulverem auri indiderat, tectè ita applicuit; ut à nullo posset conspici, deinde materialia quædam in tigillo sub illa canula posuit circumpositis carbonibus, quibus accensis aurum in tigillum ex canula profluxit.

Impostor latonem vulgarem adferri curat, quam in frustula exigua scindit, interim habet apud se argentum tinctum colore latonis itidem in frustula concisum, quod mutat pro altero & latonem veram in sacculum suum abdit: aliam argenteam miscet cum Sophisticis suis materiis, & ad cimentationis, & liquefactionis ignem ponit, ac post separans per cineritium invenit argentum ex latone factum.

Pulvis quoque vulpinus, in quo calx subnigra solutionis auri admixta fuerat, quem deceptor in Pharmacopolium tradiderat, atque hinc singulis vicibus aliquantum emerat optimas probas præstitit.

Sæpenumero amalgamata Saturni aut Jovis quæ in ignem poni debuerunt, dum exsiccarentur permutata fuerunt, & eorum vice amalgamata Solis vel Lunæ posita.

Similia quoque vitra cum amalgamationibus Saturni vel Jovis permutare novit Pseudochymicus cum aliis vitris amalgamationum Solis & Lunæ.

In elevatione tigillorum ex igne cùm ea apprehendit potest ex cava manu quid argenti vel auri insensibiliter injicere.

Item canula sub manica latens limaturâ auri repleta nebulonibus hisce sæpe in usu fuit.

Itidem Antimonium cum auro fusum pulverisatum (cùm extrinsecùs nulla sit differentia) loco antimonii vulgaris pulverisati permutatione factâ pessimè usurpant.

Ad hanc impudentiam provecti sunt ut quidam ejus Societatis clavos dimidia parte aureos altera ferreos ferruminari curarint, au-

ream

ream partem artificiosè nigrefecit, ut ferrò par videretur, ac deinde eandem in aquam rubeam immersit ad hoc intentum præparatam (affirmans hunc colorem esse perfectæ tincturæ in ea solutæ) quæ nigredinem absterfit & monstravit auri colorem, pòst asseruit clavum ferreum vi operativa suæ tincturæ in aurum fuisse eo usque transmutatum: videatur ad initium hujus capitis citatus Author pag. 37.

Clavum ejusmodi in proprijs manibus habui, qui Florentiæ in magni Ducis Gazophylacio servatur hujus inscriptionis: quòd ea transmutatioi facta fuerat in præsentia ipsius Sanctissimi Papæ, & Serenissimi Ducis Florentini per aquam rubeam, cui clavus ferreus immersus fuit: causa hæc est, quod ejusmodi mutatio, si à tinctura perfecta fiat, nullomodo per aquæ formam fieri possit, qua ferrum ignitum extinguatur, antequam tinctura ingrediatur & operationem suam perficiat, quæ operatio non potest fieri absque magna ignitione ferri, & diutina detentione in eodem, donec segregetur impurum à puro: adhæc clavus ille, quem ego vidi nihil, vel parū differebat in auri crassitie, quam habuerat ferrea pars, unde dolus facilè colligitur; quòd si clavus ille quoque ponderaretur contra clavum ferreum ejusdem magnitudinis exactæ tum inveniretur, quód ille clavus longè ponderosior esset, quàm totus ferreus quia, aurum duplo ferro ponderosius est. Sunt qui hunc clavum inter Chymica miracula extollunt, sed si author ille consideretur, ejusque res gestæ, & reliquæ circumstantiæ, patebit cui parti adjungendus sit.

Argentum quod fuit inauratum denuo fusum, aut aliàs in fluxione cum auro mixtum vice argenti fini usurpare noverunt, quia ad probas auri maximè conducit.

Sic aurum inargentatum pro Sophystica Tinctura, ut inde ex argento fiat aurum, usurpatur.

Optimas quoque argenti probas ex Venere soluta in aqua forti, quâ argenti aliquid prius solutum fuit, conficiunt.

Aurum quoque Hungaricum admixtum particulæ plumbi pallidioris coloris redditur, deinde per cimentum plumbo separato redit in Hungaricum aurum, atque hoc illis vocatur aurum Rhenanum in Hungaricum transmutare, simpliciores quidam hoc decepti sunt. Verùm satis notum est aurum Rhenanum habere admixtam aliquam quantitatem argenti, unde coloris est inter aurum, & argentum, si jam per cimentum regale argentum separetur remanebit aurum purum: unde facile est ex Rhenano auro Hungaricum facere, sed cum

omissione pristini ponderis; Author supracitatus pag. 39. Aurum insuper gradatione cum Venere eo usque exaltant ut Veneri in colore correspondeat. Limaturam hujus solvunt in aqua non nimis acri ad dimidiam partem leniter (idque apud ipsos est animam Veneris extrahere) ac huic argentum imponunt, ad dissolvendum, à quo separant deinde aurum, postea dicunt, quòd possint per animam Veneris aurum facere.

Præparatur quoque tam argentum, quàm aurum, ut sit in igne omninò volatile, quò probare nituntur suos pulveres nihil argenti, aut auri continere, cùm in fundo nulla corporalis substantia remaneat: quis jam existimaret ejus relationem non esse verissimam? Audi, quid facias si tale quid tibi offeratur? imbibe id ipsum animâ Saturni, & misce cum celeri fluxu oder schnellen Fluß / deinde in plumbum mittas liquefactum, vel argentum, & non aufugiet. Tum procede ut consuetum est, & experieris, quomodò hæc auri, vel argenti productio se habeat.

Quantum doli & deceptionis contigerit, & adhuc contingat cum eo per se bono artificio, quòd ex auro substantia purissima & aureitas salis, sulphuris, & Mercurii, solis simul extrahatur, & in exiguam portionem reducatur in forma pulveris, atque is pro lapide Philosophorum, aut alia tinctura utili habeatur, inque tantum argenti, quantum fuit auri, ex quo extrahebatur, projiciatur, & ita Luna in solem tingatur, ubique ferè notum satis est; cùm verò id est absque utilitate, imò etiam cum damno, & expensis fiat, eò magis quilibet ab eo sibi caveat.

Alii sumunt Lunam fixam, eique liquefactæ tantùm Sulphuris vulgaris triti adjiciunt, quantùm capere potest, ferro semper movendo; hoc argentum persimile est mineræ Argenti Glaß-Ertz / seu vitreæ dictæ, seu potius plumbo, ita ut vix ab eo discerni queat; propterea Pseudo-chymici id vocant plumbum, cui sua sulphureitas sit adempta; idque facillimè pulvisculo quodam Sophistico vice tincturæ argentificæ, superjecto in bonum argentum convertunt, sulphur igne comburente.

De Imposturis, quas Pseudo-chymici cum falso suo auro potabili exercent, veluti & aliis Sophisticationibus multa adhuc dicenda forent; verùm quid agendum? sunt tot nequitiarum pessimarum genera; ut impossibile sit ea omnia agnoscere, multò minus enarrare, quare Germani cæterarumque partium populi causas dilapidationis

vestra-

vestrarum pecuniarum ex his Pseudo-chymicis resultantes fugite, eorum promissis fidem non adhibendo.

## CAPUT V.

*Ostenditur tertia causa cur in nostra Germania aliisque partibus saltem publico ex scitu, & fama à morte Theophrasti nullus comparuerit, qui sese ex laboribus suis Chymicis adeptum esse jactitâsset.*

MIrum hoc, at unde? inde profectò quòd Philosophos ad sonum litterarum, non autem sensum verum intentionemque sequantur. Hoc enim in primis, & præ omnibus sciendum est in hac arte naturali Philosophica Philosophos intentionem suam dirigere ad res Cœlestes, & visui nostro non apparentes; quare dùm de rebus loquuntur corporeis, semper illi res spirituales visum nostrum fugientes, atque in ipsa rei anatomia repertas subintelligunt, id quod colligitur ex illorum scriptis, & inprimis ex Joanne Trithemio Abbate Theat. Chym. vol. 4. pag. 681. *Nihil enim generatur, aut in lucem editur, quod non principium suum sumat ex tenebris, sive ex nocte Orphei, hoc est principiis invisibilibus, & quamvis vulgi hactenus opinione, semina illa visibilia pro veris rerum seminibus, sive principiis fuerunt habita, vera tamen principia, aut semina non sunt, sed verorum seminum tantummodò rudimenta quædam, & domicilia corporea: quamvis nec ipse spiritus in seminibus latitans corporeis, verum per se semen nuncupari possit: quià corpori suo, quod mortuum est retentus simul in mortis Oeconomiam conspirat, nec per se sine tertio spirituali vivo; & vero semine (quod prorsus invisibile, & ab omni corporeo vinculo liberum est) quidquam agere, aut producere potest.*

Idem 680. *Igitur & Magicam secutus est loquendi formulam, sive rationem: spretis enim mortuorum corporum cadaveribus de sola Spirituum Naturalium investigatione, prout verum decet Philosophum, sollicitus fuit.* Senior de Chym. Theat. Chy. vol. 5. pag. 226. *Et quod dixerunt verba nostra in manifesto sunt corporalia, & in occulto Spiritualia, quæ cùm audivimus, quæsivimus cognitionem hujus occulti: Spirituale quidem occultaverunt, & manifestarunt per aliud res corporales.*

Der grosse vnd kleine Bauer pag. 9. Aber ich lasse mich von ihnen (id est vulgaribus Chymicis) sambt den Blumen (id est Mercurio & Sulphure) nicht leichtlich sehen / es werde mir dann befohlen / nempè à Natura. Enarratio Meth. 3. Medicin. Gebri Philaletæ pag. 50. *quod quidem occultum vocitamus Solem, quem honoramus, quia sine ipso arcanum nostrum non emendatur, & tamen iste Sol nec videtur, nec scitur, nec sentitur nisi à Sapiente.*

Lux Astralis septuplex: *Mira avis hac ipsa est, viridi quam fallere visco non quivis poterit nisi qui polum ejus arcticum, & antarcticum, seu illa duo puncta, quorum polo mundi magni arctico unum, alterum verò antarctico correspondeat, ex assidua Sapientum lectitatione animo suo satis impresserit.*

Idem ad finem cap. 1. *O Naturam naturantem incomprehensibilem, qua Philosophis naturam naturatam, seu lucem in tenebris occultam exhibes, quamvis non oculis corporeis, oculis tamen mentis perspicuè spectandam.*

Hinc videre est quantùm se ipsos decipiant Chymiastri, qui in substantiis, materiis, & materialibus visibilibus, & palpabilibus laborant nescientes substantiarum anatomias, & quid per visibile, & invisibile Philosophi scrutentur, atque cur Spiritibus invisibilibus potiùs, quàm corporeis materiis delectentur, quidque, quantamque hæc inter se prærogativam habeant.

## CAPUT VI.

*Subjungitur Causa quarta laborantes in Chymia finem suæ intentionis assequi non posse propter materiæ Philosophicæ, ex qua lapis fit Philosophorum, ignorantiam.*

HIc est lapis ille angularis, qui omnes Chymiæ divexat artistas, & in tot viarum devia deducit, cujus ignorantia artificii Philosophis est casus; & scientia, exaltatio, perfectio, & finis, si regiminis quoque perfecta adsit scientia. Sed quod putatis hujus artis tam arduum scitu, & acquisitu, (ex quo in arte omnia, per quod omnia, & sine quo nihil, & quod omnia ad artem necessaria habet) esse subjectum? concidite Philosophos, & invenietis Davidem Lagneum in Harm. Chym. Theat. Chym. vol. 4. pag. 721 ita loquentem: *Materia mea inquit lapis Physicus est argentum vivum juxta*

*Juxta illud: portavit eum ventus in ventre suo, id est argentum vivum aëreosum, quod etiam dicitur acetum fortissimum, aqua fortis, venenum tingens, lac Virginis, fons vitæ, ignis comburens.*

Introit. apert. ad occlus. Regis Palat. Philaletæ cap. 17. pag. 44. ad finem ait: *Est q; lapis noster ex uno latere vilis, immaturus, volatilis, ex altero perfectus, pretiosus, & fixus, quæ duæ species sunt corpus, aurum, & Spiritus, nempè argentum vivum.*

Efferarius Monachus Theat. Chym. vol. 3. pag. 156. dicit: *idcirco dicit Plato: substantia una, & una essentia, in hoc uno est calidum, frigidum, humidum, & siccum, ideò dicitur minor mundus, quoniam ex eo, & per eum, & in eo, & cum eo sunt omnia metalla, ipse quoque est sicut arbor, cujus rami, & flores, & fructus sunt ex ea, & per eam, & ipsa est totum similiter.*

Laurent. Ventura de Lap. Philosoph. Theat. Chym. vol. 1. pag. 243. *adhuc in lapide nostro sunt omnes Planetæ virtute, duo tamen præcipuè Sol & Luna, qui cæteris prædominantur.*

Joan. de Laisnioro in Theatr. Chym. vol. 4. pag. 583. totam quasi artis methodum exponens ait: *& sub juramento veritatem dico, & non mentior, quia materia nostra una est, una medicina, una minera, in qua consistit totum magisterium, & etiam unus ignis, unum vas, unus labor, qui operatus fuerit ad normam materiæ nostræ verè perveniat ad laudabilem tincturam.*

Arca Arcani Theat. Chym. vol. 6. pag. 315. *nos tale corpus sumere debere, quod non est completum, sol autem, & Luna completa sunt.*

Idem pag. 318. *medici manus ad ægrum & non ad benè se habentem requiritur, similiter Philosophi manus ad exigua, & imperfecta, non verò ad pretiosa, & perfecta metalla postulatur.*

Author libelli cui est titulus: Lux obnubilata suaptè naturâ refulgens pag. 42. *quisnam crederet, ex unico confuso corpusculo, ubi nil nisi faces vulgaribus oculis apparent, ubi sola est abominatio, sapiens Chymicus caliginosam, & mercurialem suam humiditatem omnia in se comprehendentem ad opus necessaria juxta illud: est in Mercurio, quidquid quærunt Sapientes, extrahere posse.*

Idem pag. 47. *opus est laborare super unum corpus à natura creatum, tanquam provida matre in artis auxilium, in quo corpore, & Sulphur, & Mercurius per mixta inveniuntur at debili filo ligata.* Et hæc subjecti artis descriptio perspicaci Philosopho sufficiat.

# CAPUT VII.

*Demonstratur Subjecto Philosophorum, ex quo illi conficiunt suum lapidem, inesse Sulphur fixum, & Mercurium volatilem unius, ejusdemq́ generis indivisibiliter cohærentibus.*

NOstro subjecto inesse sulphur fixum, aurum necdum digestione naturali multiplicatum sivè granum auri fixum, quod loco seminis ei à Natura est inditum, insuper & Mercurius volatilis patet ex eorum anatomia.

Atque hos duos Spiritus invisibiles, & solùm oculis mentis apparentes antiqui appellaverunt polum arcticum, & antarcticum, sive duo puncta, de quibus ita fatur Lux Astralis septuplex: *mira avis hæc est, viridi quam fallere visco non quivis poterit, nisi qui polum ejus arcticum, & antarcticum, seu illa duo puncta &c. ex assidua Sapientum lectione animo suo satis impresserit.*

Sunt item duo fumi sive Mercurius & Sulphur in Authore Falcis in bifolium Pantaleonis.

Sunt item aurum, & Luna Philosophorum apud Bernardum Theat. Chym. vol. 1. pag. 688. *Aurum nostrum, & argentum nostrum album, quæ sunt unum & idem, non sunt vulgaria metalla, sunt enim viva, alia verò mortua virium inexpertia.*

Similiter Falx in bifolium Pantaleonis mea pag. 13, *sed corpora nostra Philosophica, quibus unitur noster Mercurius, noster Ignis, nostra aqua non madefaciens, non sunt argentum vivum, aurumq́ vulgi.*

Hi idem duo Spiritus in nostro subjecto latitantes res dicuntur esse binæ. Falx in bifolium metallicum Pantaleonis mea pag. 20. *Istud corpus dicitur bina res, quia ex duabus substantiis Mercurialibus distinctis componitur; tamen individualis est una res, quæ ex se, per se sine additione alicujus rei alteratur, putrescit, solvitur, & coagulatur, quod non aliunde provenit, quàm ex diversitate hujus duplicis substantiæ ejusdem radicis hos inter se effectus parientis ab ipsarum contrarietate, nam ubi qualitates non discrepant, nulla potest fieri alteratio. Hæ autem duæ distinctæ substantiæ, quamvis individualiter in uno subjecto, discrepant inter se, ideoq́ alterantur, & agunt, siquidem altera est corpus, altera Spiritus, altera fixa, altera volatilis, Alchali una, una acidum, sicca altera, altera humida, altera levis, altera gravis, altera frigida, calida altera, rubra una, alba*

*alba altera, una opaca, altera diaphana, una crassa, altera subtilis, una dura, altera mollis. Oh Beatus ille, qui has discrepantes inter se substantias licet ab una radice ortas, & in unico subjecto corporificatas, potest amicare, ut aequè altera in alteram convertatur, sola decoctione Sophica!*

Idem præmemorati Spiritus dicuntur duo Sulphura in Comment. in Epist. Georg. Riplæi Philaletæ pag. 27. diese zwey Schwebel wie sie seind die einigen wahren principia in dem Werck zu unserer Kunst: also sollen sie auch homogeneal oder gleiches Geschlechts sein / welches eine von den notwendigsten Warnungen ist / so der Author in allen disen seinen Schrifften gegeben / das ist beyde in seinem 12. Pforten als auch in diser Epistel.

Idem pag. 36. dise aber seynd aus 2. Schweblen alle beede rein nach der lehr der Weisen / welche befehlen / daß die Naturn anderst nicht / als gantz rein vnd sauber solten genommen werden.

Idem duo Spiritus fixus, & volatilis Philaletæ dicuntur binæ Dianæ columbæ, ut bene advertit lux septuplex Astralis cap. 8. *columbas Dianæ quoq; ad hoc opus esse apprimè necessarias, inter complures authores alios insinuat quoq; Arcan. Herm. Philos. opus, tùm etiam Philaleta; videlicet edocti à Virgilio, qui lib. 6. Æneidos hæc & similia insinuat: sed facilis, volensq; (id est: ramus aureus) sequetur eum qui*

*Maternas cognoscit aves, &*

*gemina cui forte columbæ.*

*Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes*

*Novi complures, qui ad conficiendum regulum Antimonialem Martialem usurpant quædam salia, quidam salnitrum cum Tartaro adhibent. Ego profectò tibi dico, hæc duo entia non genuinas esse Dianæ columbas: fateor quidem perbellem regulum ijs depurari, ut stellam obtineat ornatissimam, sed quia Dianæ columbas adulterinas adhibuerunt, igitur regulus hic nunquam Philosophicus factus; at remansit vulgaris, & remanebit usq; ad extremum diem Judicii.*

Quod idem comprobat Kern der Alchymey Philaletæ pag. 50.

Vocantur item duo semina, ut notat Lux septuplex Astralis cap. 7. *cæterum arbitrabantur nonnulli duos illos serpentes esse duo corporum semina, videlicet masculinum, & Fœmininum, & salvâ eorum omnino non incongruâ opinione, dico, quòd sint duo Mercurii ex Mercurio vulgi excerpti.*

Vocantur etiam caduceus Mercurii; nam caduceus Mercurii pingitur in forma duorum serpentum bacillo cuidam involutorum v. g. ☿ quod ita intelligendum, Spiritus nempe Masculinus dicitur

ser-

ſerpens, Spiritus fœmininus pariter ſerpens, ex quibus duobus ſimul ſumptis, & invicem copulatis reſultat quidam tertius Spiritus, ſive Mercurius Hermophroditicus, qui inter duos primos eſt medius, ideò in medio illorum pingitur. Ubi tamen notandum, quòd, dum dicitur medius, non dicatur ideò medius, quaſi vero ille ſolus eſſet in medio, licet in figura Hieroglyphica illius ſceptri pingatur in medio nam quoque ambo alii ſunt in medio compoſiti, ſed ideò hieroglyphicè in medio ponitur loco, quia ſcilicet, poſtquam alii duo extremi ſimul ſumuntur, & conſiderantur in uno, illud unum nec eſt Mas, nec eſt fæmina, ſed eſt unum conſiſtens ex gemino ſexu Maſculino ſcilicet, & Fœminino, id eſt pars illius eſt fœminea, pars verò Maſculina, unde Mercurius hic hermophroditicus ſimul ſumptus dicitur benè medius inter marem, & fœminam.

Unde ait Philaleta in Introit. ſuo ad occluſ. Regis Palat. *diſce quæ ſint Dianæ columbæ &c. quidq; ſit Mercurii caduceus, quocum mira operatur ſi voto tuo vis potiri.*

Hique duo Spiritus ſunt Flamello duo dracones unus alatus, & alter alis carens, ut apud eundem eſt vedere cap. 3. pag. 50. Betrachte wol dieſe beyde Drachen / denn dieſe ſeynd die wahren Anfänge der Philoſophiæ, welche die Weiſen ihren eigenen Kindern nicht haben zeigen dörffen. Derjenige / welcher vnten lieget / vnd ohne Flügel ſich befindet / wird das Fixe / vnd beſtändige / oder der Mann genennet. Der Oberſte aber iſt das flüchtige / oder das ſchwartze danckele Weib / ſo jetzt in vielen Monathen die Herrſchafft nehmen wird. Der erſte wird Sulphur genant / oder das Warme vnd Truckene. Das andere wird geheiſſen Queckſilber / oder die Kälte vnd Feuchte. Dieſe ſeynd die Sonn / vnd der Mond auß einer Mercurialiſchen Quelle / vnd Sulphuriſchen Vrſprung die durch ein ſtetiges Feuer mit Königlichen Kleidern gezieret werden / welche wann ſie vereiniget / vnd hernach in das fünffte Weſen verkehret ſeynd / alle dichte / harte / vnd ſtarcke Metalliſche Dinge überwinden können.

Iidem ſunt Serpens ille propriam ore remordens caudam apud eundem Flam. pag. eadem. Dieſe ſeynd die Schlangen vnd Drachen / welche die alten Aegyptier in Geſtalt eines Circkels gemahlet / da der Kopff in Schwantz beiſt / vmb dardurch zu lehren / daß ſie, von / vnd auß einem Ding entſproſſen / welches

allein

allein vnd für sich selbsten genug sey / daß es in seiner Rundirung / vnd Circulation sich vollkommen mache.

Hinc apparet quid in sua essentia, & anatomia ad rectam viam deducendi Philosophum nostrum contineat subjectum.

## CAPUT VIII.

*Remonstratur mediam substantiam Mercurii vulgaris, & aurum vulgi Sophistarum falsa oracula, non esse materialia, quibus ex componi possit Lapis Philosophorum.*

SOphistæ plerique, & omnes ferè ex substantia media Mercurii & ex auro vulgi tentant componere lapidem Philosophorum non aliter sibi persuadentes, quàm quòd sint in verissima Philosophorum via, si autem legissent magisterium hoc non fieri manibus ut superius tetigimus, & ex Falce in bifolium Pantaleonis annotavimus, utque idem notat meâ pag. 27. *Coque igitur istam rem, ejus corpus crudum attenues, crassum destruas, occultum manifestes, superflua remeveas, & totum impurum Fæculentum in veram materiam converte igne, non manu.* Aliter profectò de hoc opere, & labore judicassent.

Incipiamus ergò anatomiam à Mercurio vulgi corporum metallicorum, & antimonii: quid inde utilitatis expectandum sit invetiemus; ad artem nostram benedictam nihil ut ad rem Falx in bifolium Pantaleonis meâ pag. 15. *Incipiendo à Mercurio vulgi dicimus eum esse nimis excrementitium, frigidum, & humidum, nostroq; operi prorsus inutilem, & ab eo naturaliter metalla non procedunt immediatè, imo eadem natura impurum Mercurium vulgi perficit cum alio Mercurio tanquam semine totaliter distincto à Mercurio vulgari. Hoc enim est corpus metallicum, & mere metallum; alter verò, quo natura utitur, est merus Spiritus, & semen metallorum, & quamvis idem Mercurius vulgi abunde turgeat hoc Spiritu, iste autem à suo corpore sequestrari nequit, absq; spiritu generali nostro, qui verè est materia nostri benedicti lapidis, sicq; concludimus alium Mercurium dari præter Mercurium vulgarem, per se à natura creatum, qui ut semen nostræ artis est principium, atq; tinctura, finis, & licet nullum metallum sit, tamen Mercurii vulgaris essentiam habet. Unde quando Geber vociferat: Laudetur igitur Altissimus, qui creavit illud, deditq; illi substantiam talem, & substantiæ proprietates, quas non contingit*

*est rebus ullam in natura possidere; ut in illa possit inveniri hac perfecti per artificium aliquod, quod in illo invenimus potentia propinqua. Non intelligit argentum vivum quod venditur apud Pharmacopœos esse necessarium in opere nostro, sed Spiritum illum aurificum, qui ipsummet argentum vivum, & omnia alia metallica corpora sua præsentia vivificat, nobilitat, & irradiat, vegetante, vitalique sua solari Virtute. Relinque ergo mi tumide Pantaleon argentum vivum venale, quia in ipso nihil boni invenies.*

Concordat in hoc eodem sensu Lux obnubil. suapte Nat. refulg. pag. 97. *quærens: quid dicendum de Mercurio vivo vulgi, quod ab ignaris pro solvente aut terra Philosophica, in qua iste fructus ad multiplicandum poni debet, accipitur? Respondet pag. sequenti* 98. *tamen munus illud solvendi non habet, quia in aliam substantiam transivit, nec pristinam puritatem aut simplicitatem habet, est enim corpus metallicum humiditate superflua turgens, & terrea lividitate ut ineptum sit huic officio.*

Et infrà eâdem pag. *semen seu sparma Masculi in sanguinem ejusdem Masculi ponere ad novam generationem, certè bestialitas est talia tentare.*

Denique media substantia Mercurii haberi non potest ut prætérquàm plurimos Philosophos id commonstrat Falx in bifolium Pantaleonis cap. 5. *Verùm quia nullæ extant in Mercurio vulgari Philosophici Mercurii qualitates, quidnam ab eodem tibi proficuum educes, mediam Substantiam Mercurialem? hac ab ipso haberi non potest tanquam in metallum corporale jam pridem specificata: Siquidem auctores magni nominis, ut sunt Trevisanus, Basilius Valentinus, Sendivogius, Philaleta, & alii, quos tu inscienter increpas, cùm de Mercurio loquuntur, nunquam de Mercurio vulgari intelligunt.*

Idem cap. 4. *Ait Geber Mercurius noster non est Mercurius vulgi, sed est tenuissima & subtilissima pars ejus arte nostra ad talem tenuitatem, & subtilitatem deducta: ergo tu dices Pantaleon extrahenda est talis media substantia ab ipso Mercurio vulgi, in quo latitat Spiritus ille idemq; maxima in copia ista media substantia Mercuriali abundat. Non subsistit hac consequentia; nam ista media substantia fit tantum ex elementis puris, & ex influxu astrorum, & ab ipsa, ut à semine fit argentum vivum vulgare, unde si est causa efficiens ipsius argenti vivi vulgaris non potest esse effectus, & si esset effectus, esset causa suamet causæ quod est absurdum. Imòquia in argento vivo, & in omni metallo est jam determinata specificè, & à specificatis non datur regressus ad universalitatem sine destructione corporum, non potest ab ipsa fieri argentum vivum Philosophorum, nisi operante ipso Philosophorum.*

*rum Mercurio, qui solùm omnia metalla potest reducere in primam materiam ad se trahendo, corrumpendo, & iterum à corruptione vendicando humidum radicale metallicum usq; ad ultimam decoctionem lapidis. Eò magis quia Mercurius vulgaris fraudator Alchymistarum ex se ipso non potest dare Spiritum illum quem quærimus, nisi discomposito corpore, at ex corpore dissecto non datur semen.*

Quid ergo statuendum? de Solutione Philosophica Respondeo ex Philosophica eorum doctrina esse instituendam, & quidem secundum Dialogum Philosophiæ Theat. Chym. vol. 2. pag. 70. *Ego enim volo, quod reducas ad primam materiam sub conservatione speciei, imò sub ipsius individui conservatione, species enim non sunt actionibus sensibilibus subjectæ. Jam nota bene exemplum, quod tibi dabo super ista reductione: cùm enim homines, & mulieres coeunt, tunc reducuntur ad primam materiam, quia de eorum corporibus cruda spermata generantur, ex quibus illi primò prodierunt, non tamen eorum corpora destruuntur, quemadmodum fieret si ad primam materiam remotam reducerentur. Quare oportet, ut sic facias in opere tuo, hoc est sub speciei conservatione, quod quidem notare debes peroptime.*

Philaletha in Enarrat. trium Medicin. Gebri pag. 157. *Notabis quòd cum solvimus, insimul sine intervallo, vel temporis spatio præparamus, sublimamus, calcinamus, mundamus, conjungimus, componimus & separamus.*

Kern der Alchymey Philal. pag. 162. Etliche machen durch Kunst zerfressende Wasser / in welchen sie die Metallen calciniren / aber wann alsdann der Liquor die Erde verlasset / werden sie solche durch kein Kunst oder Erfahrung wieder zusammen bringen. Diesen Weeg überlassen wir denen Thoren / dann er dienet zu nichts / als zum Verlust der Güter dessen der ihm gehet: ihr aber hütet euch darfür: deren Werck ist verlohren die solche Wasser nemmen / welche die Händ naß machen: dann dergleichen Wasser dienen zu unserer Kunst nicht / solche Leut bauen auff den Sand.

Item pag. 169. Wir lehren aber / daß in unserer Kunst zween Solutiones seyn / welche beide nicht von den Händen verrichtet werden / sondern allein durch das Feuer.

Et hæc de solutione Philosophica Philosopho dicta sufficiant.

# CAPUT IX.

*Adfertur causa quinta, cur laborantes Chymiam finem suum in assequendo Lapide Philosophorum non assequantur.*

RAtio est, quia ex supina sua ignorantia duas sibi vias in diversis materiis laborantes præfigurant intelligentes ad litteram Basilium Valentinum, qui duas ponit vias, nempe den nassen und trucknen Weeg / & Philaletam ad occlus. Regis-Palat. cap. 19 dicentem: *& hic magnus est ille labyrinthus, in quo Tyrones ferè omnes hærent, & quia Philosophi in libris suis scribunt de utraque via, quæ revera non sunt, nisi via una, nisi quòd una sit directa magis quàm altera.*

Explicans se in Comment. in Epist. Georg. Riplæi. pag. 38. Einen Weeg nennen sie viam humidam, den andern viam siccam, daß ich mich ihrer Arth zu reden gebrauche: der langsame Weeg ist der labyrinthische Irrgang / welcher nur dienet für die Grossen auff Erden zu wandlen. Der andere ist ein lustiger / und richtiger Pfad/ als der da ist ein leichter Weeg von geringen Kosten / und Außlagen / und dienet für die Armen auff Erden solchen vorzunemmen. Es bezeugen aber alle Philosophi, daß hier nicht mehr als ein einiger Weeg sey / den sie allein nur wissen.

Lasset solchen Gauckler ihr Arbeit nur behalten dicit Bernardus. Bene ergo increpat Pantaleonem, hujus opinionis Authorem Falx in Bifolium Pantaleonis cap. 2. *Pluresq; vias diverso forsan tempore dari affirmas ad componendũ lapidem benedictũ, quamvis non multi uti dicis, sed omnes antiqui, & moderni Philosophi adepti affirment, unicam rem, unicam viam, unicum modum ad hoc Magisterium ducere, quod infallibiliter verum est, quia ab omnibus sophis excluditur ista tua duplex via, humida & sicca via sunt tantum una linealis. In itinere enim nostro non videmus nisi terram & aquam, quando videmus aquam tunc via humida appellatur, quandò videmus totam aquam converti in terram, tunc dicitur via sicca.*

Consentiunt in hac unica via præter cæteros alios Philosophos David Lagneus Theat. Chym. vol. 4. pag. 742. *Unum est genus, res una, fornax una, ac unum opus ad album, & rubeum, & nullum periculum in opus incidere potest: opus enim magnum semetipsum solvit, semetipsum sublimat, semetipsum fixat, liquat, & perficit.*

Via verit: in Mus. Her. pag. 195. ad finem: *inter alia affirmant: quòd via ad seductionem multa, variaq; ad veram, rectamq; artem verò uni-*

*unica & solitaria sit, ubi non multarum manuum labores, & molestiæ requi-runtur.*

Arnoldus de Villa nova in Rosar. lib. 2. cap. 17. pag. 54. so erscheinet nun auß diesen gantz klärlich / daß dennoch die Philosophi an dem die Warheit gesagt / ob es schon von den Thoren vnd Narren vnmöglich zu seyn beduncke / daß nemblich nur ein einiger Stein seye / ein eintzige Medicin / eine Ordnung / ein Werck / ein Gefäß / beydes den weissen vnd rothen Schwäfel zugleich vnd auff einmahl zu machen.

## CAPUT X.

*Quæ sit causa sexta cur nulli suis hactenus habitis laboribus Chymicis Tincturam universalem sint assecuti.*

CAusam assignat Apologia Argyrop. & Chrysop. Theat. Chym. vol. 2. pag. 43. *tria proinde sunt quæ celaverunt Philosophi; materiam, causam efficientem, & locum quibus nomen proprium non imposuerunt.* Ergo cur laborantes finem suæ intentionis non assequantur est inscitia materiæ, Causæ efficientis sive ignis Philosophici de quo hîc aliqua ad ejus notitiam in commodum filiorum artis sunt adducenda.

Axioma omnium Philosophorum pono: quòd non detur major ignis, quàm is qui de cœlo descendit.

Ita Laurent. Ventura de Lap. Philosoph. Theat. Chym. vol. 2. pag. 269. *Ignis ergò lentus, imò lentissimus dicitur calor Solis sive ignis Philosophicus* Arcan. Herm. Philosoph. opus can. 101. pag. 271. *Ignis externi gradûs & puncta qui ignoraverit opus Philosophicum ne aggrediatur.*

Idem pag. eâdem: *lentum itaquè solis accessum & recessum considerandum sibi proponat Philosophus.* Cujus ignis carbonarii & Philosophici differentiam prænoscens Author instructionis de arbore Solari isque Anonymus hanc differentiam ponit Theat. Chym. vol. 6. pag. 191.

*Primo Chymicorum ignis vulgaris & omnibus notus est. Noster verò est artificiosus & inventu difficilis.*

*Secundò ipsorum ignis est Elementaris, noster verò est naturalis, & æquè vivificans, atque Cœlestis.*

*Tertiò ipsorum ignis est activus, calidus, & siccus, quia eum ex lignis, oleo, aut carbonibus parant. Noster verò est calidus, siccus, & humidus, & Spiritualis, potius, quàm materialis.*

*Quartò Ipsorum ignis nihil efficit nisi aëre gaudeat, noster verò nullam operationem facit nisi sit inclusus.*

*Quintò Ignis Chymicorum non satis bene regi potest, & deficiente materia cremabili extinguitur, & desinit. Noster verò perpetuò perennem suam exercet operationem, à semetipso enim, quamvis manus ei non adhibeatur, sustentatur, & per vaporem Spiritualem nostra materia ab ipso irradiatur & circulatur.*

*Sextò Chymicorum ignis est activus, operativus, calidus, & siccus; prima sua qualitas est, ut omnia, in quæ agit, consumat, & destruat: hoc autem verum esse inde patet, quod si lenissimus ipsorum ignis qui est Balneum Mariæ in quo ova coqui possunt, germen alicujus rei destruit, cæteri ipsorum ignes multò fortiores citiùs & potius hoc præstare possunt. Sed quantum ad nostrum ignem attinet, ille pretiosam nostram materiam leniter, & paulatim calefacit, & per continuam irradiationem illam coquit, conservat, congelat, & humectat, nutrit, & augmentat in Virtute.* In Summa *Ignis Philosophicus Chymicorum igni prorsus est dissimilis.*

*Septimò Chymicorum ignis est violentus, & corrosivus. Noster ignis est lenis, benignus, & naturalis, inclusus, aereus, vaporosus, circulans, materiam ambiens, continuus, temperatus, & æquè nutriens & vivificans, atq; Cœlestis.*

Et hic est ignis Philosophicus de quo Anonymus de tinctura Universali ait: Dieses Werck muß unter der Gewogenheit GOttes vermittelst deß Gestirns Einfluß geschehen.

Tandem causam tertiam assignat eadem Apologia LOCUM, omnes enim, qui hucusque laboraverunt & laborant, putant Divinam hanc Tincturam in laboratoriis perfici debere, in quo errant, nam Magisterium hoc nequit in ullo laboratorio perfici & compleri, quod est secretum paucissimis cognitum, & ideo rarissimi artem hanc assequuntur.

# CAPUT XI.

## *Annectitur Causa septima, cur Chymiæ addicti Lapidem Philosophorum non conficiant.*

NOn sunt assecuti, neque assequentur quidquid tentarint labore & sumptibus, quamdiu extra Naturæ limites ejusque operandi modum vagabundi delirabunt, cùm omnes Philosophi unanimiter conclamitent naturam esse non magistros sophisticos, fumivendulorum scriptos processus, & si quid alia sunt, ambabus manibus amplectendam & sequendam, ut ab omnibus admonemur Philosophis: ita enim consilio Sophorum ad viam rectam ducimur, cujus Coryphæus est Tractat. Aur. de Lap. Philosoph. Mus. Herm. pag. 10. lineâ 23. ita dicens: *Consulo ut nemo se arti huic intromittat ad inveniendum, nisi principium veræ Naturæ, & ejus regimen. agnoscat.*

Demonstr. Natu. Mus. Herm. pag. 170. *Summè, itaq; necessarium est; ut Naturam imitemur ejusdemve instrumenta.*

Via Verit. Mus. Herm. pag. 187. *missos itaq; ejusmodi impostores imposterùm facito, & saltem Naturam imiteris, quæ simplicem duntaxat coctionem requirit; & hoc modo nullus te decipiet.*

De ratione progignendi Lapidis Philosophorum Theat. Chym. vol. 4. pag. 391. *præceptor est Natura in cujusvis operumq; illius contemplatione incumbentes nusquam à recta via aberrabimus.*

Introit. apert. ad occlus. Regis Palat. Philaletæ cap. 1. pag. 3. *at in via simplici Naturæ veritatem sedulus reperiet.*

Basilius Valentinus von deß Metalls Werckstatt lib. 1. cap. 4. pag. 26. die ietzigen bethörten vnd vnverständigen Alchymisten so die Natur nicht erkennen/ haben so gar seltzame Instumenta vnd Werckzeug/ darneben machen sie allerley Vasa wie sie nur ein iegliches erdencken können/ aber der Natur nach können sie wenig/ dieselbe hat nicht Acht auff die mancherley Formen.

Lux obnubil. suap. Nat. refulg. pag. 50. *Est opus Philosophorum non Chymiculorum, est opus Naturale, non subtilitas artis, naturam prius discere oportet quam descriptam pluribus locis lector invenies; at tuum est rosas à spinis separare, si deest tibi spiritus quid juvat librorum copia, abundantia Doctorum erit confusio non scientia, erit perditio, non acquisitio Sapientiæ.*

Idem

Idem pag. 112. *Soli Naturæ labori ea purificare (nempe metalla) est committendum, aut benedicto illi pulveri aurifico, lapidi nempe Philosophico absoluto, qui est verus ignis æthereus penetrantissimus in momento puritatem metallorum adducens, excrementa, & impuritates ab eis separando, & fixionem introducendo; unde Naturæ est munus non artis.*

Philaleta in Enarrat. trium Medicin. Gebri pag. 66. *In præparatione nostra admirabilis mixtionis seu maximi arcani oportet nos sequi Naturam. Nam ut ait Geber ipsa per se agit.*

Harm. Chym. David. Lagnei Theat. Chym. vol. 4. pag. 730. *omnem pluralitatem dimittite, Natura enim unâ re est contenta, & qui eam ignorat peribit.*

De affinit. seu vicinit. inter Elixir & rem transmutandum Theat: Chym. vol. 3. pag. 572. idem confirmat.

Jodoc. Graverus Theat. Chym. vol. 3. pag. 699. *scias charissime quòd ars nostra imitatio est Naturæ, & quemadmodum Natura per se producit arbores, & plantas, quas deinde hortulanus multiplicat seminando illorum semina, aut inserendo eorum surculos; ita Natura in terræ montiumq; profundis generat Metalla ut Aurum, & Argentum, quæ artifex multiplicat inserendo aut seminando ea in terram debitam, aut truncum idoneum.*

Ioan. Trithem. Abbas de Lap. Phys. Secreto Theat. Chym. vol. 4. pag. 61. *Operatur autem Natura in hæc inferiora per Solis, Lunæ, & reliquarum stellarum radios, quos Hermes sub vocabulo luminis intelligit, horum enim irradiatione, sive illuminatione infunduntur rebus elementaribus varia virtutum dona pro variis ac diversis rerum speciebus. Quæritur hinc num Chymicus Naturæ quoque operâ & auxilio indigeat in elaborandis suis arcanis & Magisteriis? sed facilis est Responsio iis, qui norunt Chymicam artem similem esse agriculturæ, in qua partem sibi vendicat Natura, partem Agricola, tanquam operator, & artifex externus, ut enim solummodo hic principaliter occupatur in agro præparando & seminando reliquum autem generationis perficiendæ & absolvendæ opus unicè committit Naturæ, sic quoque duce inprimis Naturâ, comite vero Arte opus suum Chymicum auspicatur omnis verus artista.*

Lands-Sprüng Mus. Herm. pag. 109. Du sihest ja / daß die Natur allenthalben wie auch in Gebärung der Metallen keine sonderliche Subtilitäten vnd Nebenarbeit sich gebrauchet / vnd weder mit gemeinen distilliren / sublimiren / cohobiren / calciniren / wie der gemeine Hauff auff solchen Handgriffen artig ist / sich häfftig bemühet vnd die Natur weiß zu zerstören / vmbgehet / daß man in den

Ver-

Bergen weder Distillatores oder Laboranten findet / sondern die Natur thut alles vor ihr selber vnd richtet ihr Werck auß auff ein gantz einfältige / vnd schlechte Weiß Joan. Walchius Commentator über den kleinen Bauer pag. 80. Derohalben befleisse dich vor allen Dingen / daß du lernest erkennen die Natur / dann diese Kunst wird einen Verständigen in Erforschung der Natur ohne einigen Philosophischen Spruch offenbahren / vnd wiederumb dargegen wann du schon alle Philosophische Bücher / welche von dieser Kunst reden vnd handlen / gefressen hättest / so wirst du gleichwohl ohne Erkandtnus der Natur hierinnen nichts anßrichten können / vnd darumb befleisse dich der Natur / vnd so du sie erkennen wirst / so probiere die Philosophische Sprüch mit der Natur / vnd so du dardurch erkennen wirst wie man der Natur durch Kunst folgen / oder zu Hülff kommen soll / so fange dann an zu studiren / vnd lerne selbst.

Der grosse vnd kleine Bauer pag. 8. Du hast ohne Zweiffel gelesen / daß vnsere Magi, Philosophi, vnd Reges schreiben vnd ruffen: Der Natur nach / der Natur nach.

Demonstr. Natur. Joann. à Mehung. Mus. Herm. pag. 150. ait sub nomine Naturæ: *materiam, quâ de mea opera utpote lapides, metalla, arbores, herbas, rationalia & irrationalia animalia, atq; in genere res omnes, quæ sub Cœlo sunt facio, ex solis 4. Elementis desumo.*

Concludo ergò Magisterium hoc assequi non posse nisi Naturâ duce & secundùm opera Naturæ. Hinc ait Sendivogius: *manete, manete in simplici via Naturæ.*

## CAPUT XII.

*Statuitur Causa octava eaque principalis & præcipua, cur à Morte Theophrasti in nostra Germania aliisque terræ partibus ommis generis & Conditionis homines magnis sumptibus in Chymia laborantes quantum sciri potuit Lapidem non sint assecuti.*

PRofectò est deplorandum tempus inutiliter absumptum, deperdita sanitas, consumptæ opes, & nihil esse adeptũ, quia quivis pro captu suo suâ imaginatione & ingenio variis in processibus

hinc & inde collectis in prohibitis à Philosophis non tantum materiis sed etiam Instrumentis laborat. Legistis superius artem esse facilem, fieriqúe absque sumptibus & vos tantos insumitis fastidiosos & pretiosos labores contra præcepta Philosophorum, & Naturæ laborantes cum vitris & carbonibus, cùm tamen nosse deberetis artem hanc Divinam priorem fuisse omni vitriariâ arte & usu carbonario, eo quòd hæc Divina ars Adamo fuerit à Deo revelata, & ab hoc descendit ad antiquos Patriarchas usque ad Hermetem, qui eam Smaragdinæ Tabulæ insculpsit, & post diluvium posteris reliquit. Ars itaque hæc prima & Regina artium stultè & insipienter quæritur per manualem operationem, per ignem carbonarium, flammæ, Mariæ Balnei, Cinerum, arenæ, lampadis &c. Per tot variaque vitra, & alia multifaria vasa, & instrumenta; Tot tantasque substantias & materialia, ut in supradictis declaratum est, & hic fusius & ad oculum demonstrabitur; ut omnes sibi ab his caveant, quia cum his in æternum finem suæ intentionis non assequentur.

Adamum primum hujus Divinæ Artis antequam vel vitra, vel carbones extitissent, tanquam adeptum ponit Gloria mundi in Mus. Herm. pag. 295. *Cum Adamus jussu Divino per Angelum nunc ex Paradiso in horridum, incultumque mundum propulsus fodiendo, agrumq; colendo se se sustentare, atq; in sudore vultus panem suum manducare necesse habuisset, atq; praterea multas calamitates cum cura & anxietate sustinuisset, id impatienter ferens iram Dei serio perpendit, atq; transgressiones suas multis cum lacrymis deploravit, Deoq; supplex factus: illius gratiam; & Clementiam imploravit summoq; studio, & absq; ulla intermissione illius opem invocavit. Verùm enim vero Deus exaudiens illum non duntaxat pœnam mitigavit illi, verùm etiam media subministravit, quibus imposterum se se contra imminentes calamitates, tribulationesq; tueri possit. Quocirca eidem illi Adamo instinctu Spiritus Sancti naturarum proprietates revelata fuerunt, ut plenariam earundem cognitionem habuerit, & remedia, medicinas, curationesque ex herbis, lapidibus & metallis praparare noverit, quibus tadium suum sublevaret, morbos à se propelleret, & deniq; indigens suum corpus in mediocri valetudine, integrum ad vita sua ultimum finem usque conservaret, qui tamen nemini nisi Soli Deo notus est. Quamvis verò primus noster pater Adamus perfectam Sapientiam, intelligentiamq; habuerit, & naturarum proprietates, veluti ante diximus intellexerit; nihilominus tamen summum Naturarum Mysterium ipsum latuit. Quocirca Deus aliquando in Paradisum illum ad se accersivit, ipsique modo dictum illud Myste-*

*ſtrium (quod nunc ſecretum Philoſophorum appellatur, & ſolis ſapientum filiis notum eſt) Divino ſuo ore ipſi revelavit; idque verbis ſubſequentibus: Euge Adam, duæ hæ ſunt res, una fixata ſive conſtans, altera infixata ſeu inconſtans & fugax eſt, quàm magna verò Virtus, & vires in iiſdem lateant, id omnibus tuis Filiis minimè revelabis, nihil ſiquidem abſque ſingulari cauſa à me creatum eſt idque pro informatione tua te latere nolui.*

Idem: *Et niſi miſer iſte homo Adamus ſummum illud Myſterium Naturæ noviſſet, nec lapidem Philoſophorum habuiſſet, non certè trecentos, multò minus noningentos plus ultra annos vixiſſet, ſemper enim anxius, & à commiſſis ſuis peccatis, iraque Divina in Conſcientia ſua agitatus fuit, ut nocturnis, diurnisq; temporibus maledictionem Dei perpenderit, idq; non ſaltem ſui, ſed omnium ſuorum poſterum, atq; adeò totius mundi cauſa, qui omnes per ipſum condemnati, & æternæ morti obnoxii fuiſſent. Quamobrem non immeritò quis miretur, quòd Adamus poſt lapſum etiam unico duntaxat anno ſuperſtes eſſe potuerit, adeò ut exinde admiranda Dei Clementia colligatur. Niſi etiam Adamus ut dictum Medicinam, vel Tincturam Lapidis habuiſſet, fieri tunc non potuiſſet, ut (humano more loquendo) tantas anxietates, miſerias, tribulationes, cordolia, infortunia, morbos, atq; calamitates alias ſuſtinuiſſet: contra omnes tamen iſtiusmodi caſus medicinam iſtam uſurpavit, eâdem formam ſuam, membraq; integris viribus conſervavit, naturam ſuam exhilaravit, corroboravit, triſtem animum recreavit, miſeriam, tribulationẽ, anxietatemq; quodammodo mitigavit, mortale tunc ſuum corpus contra omnes morbos tutatus eſt, & in ſumma ex omnibus ſuis miſeriis, & anguſtiis illius beneficio ſeſe ad extremum vitæ ſuæ terminum eripuit.*

Idem quod dictum eſt de Adamo, dicendum cum Symbolo Aur. Menſæ Michael. Mayeri pag. 62 de Abrahamo qui Aſtrorum obſervationem docuit Regem Ægypti, quam cùm ſecum ex Chaldæorum regione attulerit, nullum eſt dubium, quin plures ejusmodi artes ſciverit, quas nepotibus longa ſerie deſcendentibus reliquerit.

Aquarium Sapient. Muſ. Herm. pag. 76. *Hoc Myſterium magnum, & ſubjectum omnis mirabilitatis ante ipſos omnes quoq; Sancti Patriarchæ vere ſciverunt, & habuerunt, atq; abſq; omni dubio Adamo Triſmegiſto à Deo ipſo ab initio revelatum, monſtratumq; fuit, idq; poſtea omnes Patriarchæ ab ipſo (Adamo) hæreditario jure acceperunt, & ex illius viribus corporis ſui valetudinem, longævamq; vitam, ac ſimul ingentes divitias impetrarunt, atque conſecuti ſunt.*

Idem pag. 97. *Noachus enim Arcæ exſtructor, & Moyſes, qui tabernaculum & aurea in eo vaſa, quemadmodum etiam Salomon ad honorem*

*rem Dei ... um , & multa alia præclara opera , & omnis generis ornamenta , & ingentia alia facta perfecit , longam suam vitam , ingentesque divitias eô ipso impetrâsse dicitur.* Sed ubi quæso tunc temporis vitra?

Ubi tunc itidem vitra, quando extitêre Adeptæ apud Michael. Mayer. pag. 64. Maria Hebræa, Cleopatra Ægypti Regina, Thapuntia, Medera, Salomon &c.

Sed videamus quid Philosophi de prædictis aliisque quàm plurimis Chymicorum vulgarium laboribus, qui fiunt beneficio carbonum, vitrorum, variorumque furnorum, & instrumentorum, sentiant. Quem in casum Via Verit. in Mus. Herm. pag. 190 ad amussim loquitur dicendo: *Hodiernorum Sophistarum Ars pseudo Chymica in meræ pecuniæ & temporis jactura consistit.*

Idem pag. eadem: *Quocirca à prioribus istis* (id est Carbonistis) *tibi exemplum sumito, cùm ipso facto deprehendas, quòd illi multis hinc ab annis frivolis suis sophismatibus ad veram, rectamq; Alchymiam pervenire non potuerint, quod & tu via hac minimè ad veram Alchymiam pervenire poteris.*

Demonstratio Nat. Joann. à Mehung Mus. Herm. pag. 152. *exito itaq; teq; inquam filito, qui te tam artificiosum gloriaris, & juxta meam scientiam* (loquitur Author sub nomine Naturæ) *per ignem carbonarium, & Balneum Mariæ, tuis in alembicis aurum potabile facere conaris, & scito me ob errorem tuum exhorrescere: an non te pudet, si opera mea consideras, & simul rancidam tuam coctionem in tinctis, pictisq; tuis Phialis ex adverso ponis, ubi simul & sumptus, & tempus perdis: nescio inquam quid cogites; miserere tui ipsius, & rogo, ut me consideres.*

Idem pag. 154. *An igitur nunc existimas, quòd tuo in alembico, in quo terram, & aquam tuam habes, per ignem, atq; calorem tuum, atq; per album, rubeumq; colorem tuum ego pro tuo beneplacito & lubitu te mecum colludere patiar? tuum ad desiderium, ut perveniam? An Cœlos te movere, eorundemq; influentiam nancci tuo operi infundere posse autumas?*

Idem pag. 155. *Epilogi loco tibi dico, quod per artificiosum tuum ignem Cœlestem coloram infundere non possis: idcircò etiam de tua aqua, oleo & terra nullam materiam acquirere poteris, quæ influentiam concipere valeat, quæ illi vitam, substantiamq; tribuat.*

Idem pag. 159. *Missos fac Sophistas, eorundem fallacia opera, missos diversos illorum alembicos, & vasa, missum quoq; fac fimum equinum, totq; ignes carbonarios, quæ omnia nihil omninò prosunt.*

Flamell. in suo Summa r. pag. 54. Es soll aber kein Holtz oder

oder Kohl-Feüer seyn/ sondern ein helles liechtes Feuer/ nicht anders als die Sonne/ welches nie zu heiß oder brennend/ sondern allezeit gleich warm seyn soll.

Instruct. de Arb. Sol. Theat. Chym. Vol. 6. pag. 190. *Disce itaq́, quòd cùm Philosophi ignem expresse, rectéq́ instituere præcipiant, hanc intentionem non habeant; ut nobis usum ignis vulgaris consulant, quamvis enim bene sciant, eum per diversos gradus regi posse, nihilominus non latet illos, illum, quia à Natura sua est activus, calidus, & siccus, nunquam ad effectum deducere posse, quod facere jubent.*

De his iisdem operationibus & carbonum igne statuunt Saturnia Regna Num. 62. *Quod ad operi nostro debiti caloris subministrationem attinet, multi quidem submissa cum oleo lampade, alii subjectis immediatè carbonibus, alii cineribus calidis illum excitare aggressi sunt; non defuerunt alii, qui vas in capsula lignea ad formam ori conclusam aquæ calidæ vaporibus exposuerunt: varii deniq́ pro suo captu plura sibi alia cum proprio damno artificia, & pericula effinxerunt, quia Trevisani fontinam, ac modum non intelligentes, ab ejus vera scaturigine, quamvis sitibundi, declinaverunt.*

Lux obnubilata suapte naturâ refulgens nella terza canzonetta Num. I. canit.

*O Voi! che, à fabricar l'oro per arte,*
*Non mai stnachi trabete,*
*Di continuo carbon, fiamme incessanti,*
*De i vostri misti in tanti modi, e tanti*
*Hor fermate, hor sciolgete,*
*Hor tutti sciolti, hor congelati in parte*
*Quindi in remote parti*
*Farfalle affumicate, e notte, e giorno*
*State vegliando à stolti fochi intorno.*

Et Num. II.

*A che fiamme ostinate?*
*Non carbon violento, accesi fagi,*
*Per la pietra Hermetica usan gli saggi.*

Idem Num. III.

*Dunque à che tante sostanze, tante*
*In retorte, in lambichi?*
*S'unica è la Natura, unico 'l fuogo*
*Unica è la materia, id in ogni luogo,*

*L' hanno li poveri, e li ricchi,*
*A tutti sconosciuta, & à tutti inante*
*Pretiosa 'l Philosopho che intende.*

Idem pag. 132. *Unde secundum sonum literæ laborare est mera bestialitas; si sufficeret cum auro, & argento vivo vulgi amalgamationem hanc facere. Oh quot lapidis possessores!*

Is idem pag. 176. *Tantum innuimus de igne, quòd non sit ignis Carbonum, fimi aut, Lampadis, aut alterius generis ignis, verùm est ignis, quo Natura utitur.*

Et pag. 280. *Pro Conclusione hujus capituli artis filium commonemus, ut tandem aliorum experimentis discat, & sibi in animo hoc argumentum figat, quòd cùm videat infinitos ferè laborantes in omnium mineralium generibus, infinitis operationibus, & modis, nec unquam justum terminum eos attigisse agnoscat, concludat quòd certè eorum error est in principiis necessariis & in fundamento totius artis.*

Lux Septuplex Astralis cap. 3 ait. *Sic asinus sæpè pulsavit lyram; at qualis fuerit chordarum Symphonia, compertum habemus in iis, qui Mercurium currentem, liquidum, vulgaremque per additionem variorum mineralium, quorum quisque proprium sequebatur cerebellum. modo hoc, modo alterum minerale, nunc hoc, nunc illud metallum addendo purificare, ipsumque tum auro amalgamare conabantur: tetigerunt hi cordas, at Symphonia inde resonabat ea, ad quam omnia susque deque prorsus ordine saltitârunt. Tandem Mercurius volando per caminum suos incapaces artifices delusit.*

Idem cap. 5. *Quid tu credis Carbonista rem tam esse exilem? profectò hic Rhodus, hic Salta, Nam hic exercentur inanes artificum curæ, ut Augurellus mihi pene attestatur: Deus bone, O si ita (ut caput tuum tam rude sibi persuadet) res sese haberet, quot non Carbonista Divitiis Crœsum excellerent.* Demonstrat. Nat. Joan. à Mehung Mus. Herm. pag. 147 sub nomine Naturæ loquitur: *Stupide asine frangis vitra, & comburis carbones, ut ex vaporibus caput tuum insaniat, coquis alumen, Sal, auripigmentum, nigredinem, & metalla fundis, parvas, magnasque fornaces facis, multivariaque vasa usurpas; nihilominus tamen tuæ me pudet Stultitiæ, & quod magis est cum fœtido tuo fumo Sulphureo me angis. Per intensissimum tuum ignem Mercurium figere conaris, cùm tamen saltem vulgaris, volatilis, & non ille sit, quo ex ego metalla facio, & ita hâc viâ, ni per aliam incedas, nihil omnino efficies, meis namque viis non rectè uteris, nec artificium meum rectè intelligis, meliùs tibi esset, ut rem tuam curares, quàm tot frivola distillares.* Sum-

Summar. Philosoph. Nicolai Flamell. Muf. Herm. pag. 177. *Quocirca carbonarii, & è lignis excitati ignes ipsis minimè conducunt, violenti ignes isti sunt, qui non alimentant, quemadmodum Solis calor facere solet, qui etiam omnes res corporales conservat, eò quòd Naturalis ille sit, quem in finem etiam veri Philosophi nullum alium ignem eligerunt, quàm Naturalem.*

Fons Chym. Philosf. Philalet. Muf. Herm. pag. 110. *O beatum nostrum Mercurium, qui nos liberat à tot laboribus, quos Sophistæ patiuntur, illi enim multas suis manibus operationes faciunt, & nihil perficiunt, quia verum Naturæ cursum ignorant: Nos verò nihil facimus, sed omnia Mercurio facienda committimus.*

Ioan. Colofon de Princ. Philof. Herm. Theat. Chym. vol. 6. pag. 161. *Supina ignorantia in Philosophia Hermetica est arbitrari, Mercurium Philosophorum ex aliqua Substantia animali, vegetabili, minerali, aut metallica, ex pluvia, rore, aqua visibili, & corpore terra extrahi posse.*

Instructio de Arb. Sol. Theat. Chym. vol. 6. pag. 167. *Vulgares Alchymistæ magnâ vi, multo sumptu, diversis fornacibus, & ignibus in multitudine diversarum materiarum laborant: in Summa Omnipotens Deus ex nihilo creavit omnia. Alchymistæ vulgares ex omnibus faciunt nihil.*

Arca Arc. Theat. Chym. vol. 6. pag. 324. *Cæteris omnibus cum Mercurio vulgi, auro, antimonio, Cinabari, aliisque rebus vilioribus negotium erat, in quo omnes errabant, quia Naturam non sequebantur.*

De Transmutat. Metall. Theat. Chym. vol. 1. pag. 516. *Proinde Lapidis plurimæ præparationes, quin imò omnes, quæ de mineralibus describuntur, ad hunc modum uti Gebri, Alberti cognomento magni, ac similium sunt Sophisticæ purgationes tantum. Cimentationes, Sublimationes, distillationes, rectificationes, circulationes, putrefactiones, conjunctiones, solutiones, ascensiones, calcinationes, & incerationes prorsum inutiles, tam in tripode, furno reverberatorio, athanere, liquefactorio, acidioso, fimo, cinere, arena, similibusque, tum in cucurbita, pellicano, retorta Phiala, fixatorio, & id genus aliis. Id ipsum de sublimationibus Mercurii per minerales Spiritus ad album, & rubeum, ut per vitriolum, Salpetræ, vel aliud alumen, crocum Martis &c. judicandum est, de quibus, omnibus falsò fabulatur Ioan. de Rupescissa tract. suo de Lap. Philosoph. albo, & rubeo, quæ simul ementita cum aliis somnia sunt, omnia bonos, ac simplices*

*viros*

*viros seducentia.* Idem pag. 518. *Cavendum etiam à Sophisticis oleis Vitrioli, & antimonii; item ab oleis metallorum perfectorum & imperfectorum.*

Dionys. Zachar. Theat. Chym. vol 1. pag. 731. *maxima pars errorem suum hoc ipso fateri cogitur, cùm nemo non ipsorum 3 vel 4 furnos habeat, & nonnulli 10 vel 12; hunc ad calcinandum, illum ad solvendum, alium ad sublimandum, & innumera vasa, quibus utuntur. Verùm enim verò tales in diem extremum operarentur, priusquam ad perfectionem hâc viâ pervenirent, nisi corrigant suas operationes.* Et ita clarè fatur bonus iste adeptus Author.

Orthelii explicatio Verborum Mariæ Prophetissæ Theat. Chym. vol. 6. pag. 486. *Cape tibi hoc exemplum: Pirum in arbore suspensum aspicis, & comedere desideras, sed acerbum, lapidosum, durum est, quod si in arbore manet, donec cum tempore dulcescat, esui conveniens erit; si verò decerperes, & in tua fornace, vel alio calore digerere velles, quid faceres? quanta quæso differentia inter pirum, quod tu ipse, & alterum illud, quod tempus maturavit, certe maximum? Idem certè de Alchymistis sentiendum, qui varios extruunt furnos, & subtiles inveniunt digestiones, nec quidquam tamen (in illis, quæ igne artificiali non indigent) efficiunt, sibi ipsi quidem persuadent, adeo subtilem ignem artificialem parari posse, qui in gradu, & efficacia igni naturali, par sit, sed toto Cœlo errant, quia non considerant, suum ignem non esse illum, per quem Deus immediatè operatur. Quia ergò ipsorum ignis non est Dei Creatoris instrumentum; Qua ratione igitur id cum illo efficere tentant, quod ei datum non est? Sed quod Instrumento Divino, & Catholico soli debetur, quam Virtutem ipsam solum Divinitus accepit. Quid maturat frumentum agri? Quid fructus in hortis? Quid uvas in vitibus? nunquid Deus hoc præstat per Cœlum, quod est suum instrumentum? Si idem cum nostro igne facere possemus, pluris certè æstimaremur; sed hoc ita Deo non placuit, ideò etiam illud facere nequimus.*

Bernard. Trevisan. Theat. Chym. vol. 1. pag. 703. *Caterùm frangite tot Sophisticos libros, tot regimina, tantasq; subtilitates relinquite mihi credite, ut bene sit vobis: vana sunt siquidem hæc opera cuncta, præter id, quod jam vobis dixi.*

Instruct. de Arb. Sol. Theat. Chym. vol. 6. pag. 166. *Scias igitur tantam inter veros Philosophos, & vulgares Alchymistas esse differentiam, quanta inter diem, & noctem. Hoc ita se habere inde apparet, quòd omnes veri Philosophi, qui in nostro magno opere laboraverunt, in hoc unanimiter consentiant: unam unicam rem esse præ manibus sumendam, ex qua*

*præ-*

*præparetur Lapis Philosophorum, cùm tamen vulgares Alchymistæ plures & varias materias suæ intentioni adhibeant.*

Mercurii zweyfacher Schlangen-stab Anonymi pag. 8. describens Chymicorum vulgarium laboratoria ait: Item / so ward es auch auff den Boden aller Orthen also rauch / vnd vngebahnet von zerbrochenen Gläsern / vnd Scherben / von allerhand wunderlichen Geschirren / auch von Holtz / Kohlen / Aschen / capite mortuo (wie sie es nennen) vnd dergleichen fast gantze Berg auffgeworffen / die allenthalben krumbe Weeg verursachten / vnd befande mich also in diesen Sophistischen Reich in einen solchen Labyrinth / daß ich nicht wuste / wo ich mich hinwenden solte.

Lux Obnubil. Suap. Nat. refulg. in prologo: *quid tantis desudare operibus, dum simplex Natura unum corpus solum cognoscit? quid tot habere furnos, tot ignes, tot vasa, dum unico vase, unico igne, unica fornace utitur Natura.*

Concordat Sucht. pag. 486. in elogia ad Sophistam:

*Vaticinor, depone lutum, furnisq; relictis*
*Abjice secreti conscia vitra tui:*
*Vel tibi paupertas, nudo lacrymabilis ense,*
*Vel finem tristi postmodo fune dabit.*

Num rectè & ad mentem Adeptorum Lapidis Philosophici possessorum ritè scripserim iis dijudicandum committo, & sic finio.

## Conclusio.

UNde ruina frustraneorum tantorum in Chymia laborum, perditio tantarum opum in inquirendo frustra Lapide Benedicto Philosophorum per decursum hujus libelli abundè dictum est, hæc damna derivare: primò eò quòd ab inquisitoribus hujus artis condigni non legantur libri, qui artem hanc facilem, ut talem esse ex cap. 3. demonstravi, explanant & filiis doctrinæ explicant.

*Secundò*, quòd impostores & pseudochymicos potius quàm veros Artistas sectentur falsis receptis & doctrinæ fucatæ potius quàm veræ Philosophiæ credant, ut ex cap. 4. amplius notum est.

*Tertiò*, quòd sese circa res palpabiles & res visui obvias & non spirituales invisibiles occupent, hinc fit, quod manibus varia & visi-

 bilia

bilia materialia tractantes Philosophorum finem non assequantur.

*Quartò*, Inscitia veræ & unicæ materiæ Philosophicæ, quam inquirere negligunt, & si qui eam sciunt non rectè, & juxta præcepta Naturæ & Philosophorum tractant, florem hujus, quem cap. septimo descripsi, suo igne carbonario destruentes, quam tamen materiam cap. 6. denominavi.

*Quintò*, quòd omnes quasi lapidem sinistrè, & pessimè inquirant in media substantia Mercurii, quam tamen dari non posse cap. 8. ostendi: aut variis aliis menstruis, quæ cum *Falce in bifolium metallicum Pantaleonis* ab omnibus rejiciuntur Philosophis, sic enim *Falx in bifolium* pag. meâ 21. *Abstineas quæso à tua Sophistica manipulatione, nec amplius doceas facere duplex menstruum ad destruenda, atq; componenda metalla in tuum somniatum lapidem.* Et in auro vulgi, quod est metallum mortuum, neque amplius in vivum reduci potest, viva enim ait *Falx in bifolium Pantaleonis* pag. meâ 13. metalla sunt reducenda his verbis: *oportet reducere metalla in primam materiam verum est, sed metalla viva non mortua cum aqua sui generis, non aliena, viâ Philosophicâ, non Sophisticâ.*

Et infra eâdem pag. *vulgaria* ( nempe metalla ) *mortua sunt in igne fusionis, viva solet Luna nostra, qui compacti existunt in nostra materia, nec in materia nostra amiserunt Spiritus suos, quia ignem fusionis nunquam passi fuerunt, hac materia investigari oportet, ejusque tractatio, nam solùm in ea & per eam fit lapis Philosophorum.*

*Sextò* Quàm sit erroneum duas sibi ad artem fingere vias siccam unam, humidam alteram: longam unam, brevem aliam: directam unam, sinistram alteram, expressum & refutatum est cap. 9. Si enim hoc liceret, & viæ darentur infinitæ. Dices Romam sunt plures viæ, & tamen ad eundem locum ducunt, sic possunt esse plures ad lapidem viæ rectè tendentes. At jam supra probatum est viam esse unam Philosophis notam, extra quam implicat accessus ad lapidem Philosophorum, & alia via iis non est nota, bene peregrinis plures Romam. Verum si tot sunt viæ ad lapidem, ut tibi affingis Sophista, dic quibus legisti in Philosophis: stas ut brutum nesciens quid dicas; quia indoctus & in libris Philosophorum inversatus Chymæras somnias.

*Septimò*, Causa interitûs Alchymistarum est, ut supra notatum fuit & cap. 10 declaratum, inscitia materiæ, causæ efficientis, & loci:

loci. Dico, dico loci quia in hoc regimen artis locatum est quod manifestari non potest nisi artifex oretenus dicat.


*Octavò*, Hic, basis & fundamentum omnium errorum, quia nempe Chymici Naturam non sequuntur, id quoadusque non facient, semper operam & oleum perdent.


Denique *Nonò* artem hanc assequendam tam ignare, per carbones, vitra, furnos, totque materialia, stupidè sibi imaginantur, quia prius laborant, quàm student. Quapropter hoc caput 12 magis protraxi cæteris, ut abstineant, qui re ipsa laborant aut laborare præsumunt, ut caveant à cautelis dictis, & sciant, quod sub juramento dico, & non mentior, si non aliâ viâ quàm per carbones, & vitra inquisiverint tincturam universalem, quòd eam non assequentur: & si quis sit frivolus qui se eam per carbonarium ignem assecutum esse jactitat, is mendax est, etiamsi juramento confirmare velit; dico enim ego conclusionis loco, quòd hoc opus debeat sub divina protectionis Clementia beneficio influentiarum Cœlestium perfici.

Et ita, puto me ea dixisse quæ hactenus nullus dixit, eaque ità vera, ut nullus Adeptorum me carpere valeat; & si dixi plusquàm debui, mihi pareat Deus, fuit hæc Charitas in vanum laborantes (ut desistant, quousque Naturam non intelligant) admonere.

Omnia ad majorem Dei gloriam, & Tyronum Chymiæ emolumentum.






Mei 93